



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Directorivm Ecclesiasticae Disciplinae, Coloniensi  
praesertim Ecclesiae accommodatum**

**Frangipani, Ottavio Mirto**

**Coloniae Agrippinae, 1597**

**VD16 F 2269**

De festorum dierum cultu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62032)

ne aliqui priuata auctoritate non intercedente Ecclesie aut Ordinarij iudicio se separent, aut se muturò epudiēt. Qui secus fecerint, à sacra Communionem repellantur, quamdiu in peccatis suis manserint, aut huic decreto nõ satisfecerint, ac pro facultatibus suis Ordinarij iudicio pecunia mulctentur, pauperum congregationibus donanda.

32. Quoniam cognoscere de Matrimonij causis, solius Ecclesiasticæ est potestatis & iurisdictionis; latam esse denunciamus excommunicationis sententiam in Magistratus ac Iudices sæculares, qui in matrimonialibus causis, inter subditos suos, aut alienos iudicant, vel dispensandi, aut transigendi potestatem in matrimonio, ac gradibus prohibitis sibi vsurpant.

## DE FESTORVM DIERV M CVLTV.

**V**T dies festi à Christi fidelibus; ad honorem, gloriam, & celebrationem nominis Dei, religiosè sanctificentur, & ad fidei ac religionis, spei & charitatis promotionem, in debita reconciliatione, ac gratiarum actione (ad quod præcipuè seruiunt) sanctè ab omnibus traducantur; quò & populus fidelis, cognitione, amore, atq; desiderio Domini Dei, creatoris ac redemptoris sui, eiusque beneficiorum grata recordatione, alijsq; Christiani hominis sacrificijs & officijs istis diebus magis magisque Deo appropinquet, & Deus Opt. Max. in benedictionibus multis dulcedinis, abundantius populum suum proueniat: omnem operam ac diligentiam, Pastores ac Cõcionatores omnes, in eo ponere debent; vt populus Christianus festorum dierum causas cognoscat, & à quibus actionibus abstinere hisce diebus debeat, quibusque contra, toto animo & corpore incumbere; qua facilitate, fructu, ac vtilitate, Ecclesiæ, naturæ, ac Dei lex, in hisce præstandis seruetur; qua contra temeritate,

quo

Synod. Diæ-  
ces. sub Ado.  
3 an 1550. in  
vere hab. pa.  
465. d. 466.  
a.

Conc. pron.  
sub Adol 3.  
Medio 5. cap.  
vlt pa. 443.  
a. b.

Conci. Tride.  
sess. 23 de de-  
lectu ciborũ  
ieiunij &  
diebus festis.

Concil. pron.  
sub Hermã.  
s. parte 9. ca.  
9.

Synod. Diæ-  
ces. sub Adol.  
tertio  
an. 1550. fer.  
5 post Remi.  
hab. in man-  
dato cuius i-  
nitium est.  
Quum in-  
ter omnia.  
ca. 516 a. Vi  
de etiam lo-  
annem Hesse-  
lium in De-  
calogum.

quo scandalo, totiusque Reipub. Christianæ detrimen-  
to, qua deniq; poenarum, ac suppliciorum obligatione,  
se Christianæ religionis, sanctarum legum, ac Dei hostes  
esse declarent, qui ea præstare omninò negligunt, clarè  
intelligat planeq; perspiciat. Quæ vt facilius præstent,  
documēta, & instructiones Catechismi Romani, deter-  
tio Decalogi præcepto, studiosè perlegant, & sequantur,  
eademque & hæc nostra decreta, non solum verbi prædi-  
catione, sed & factis ipsis, ac vitæ actionibus, quod est  
perpetuum quoddam prædicandi genus, populo per-  
suadeant, ac in vsum & consuetudinem perpetuam du-  
cant.

Cœci. Tribu.  
can. 35. conci  
proninc. sub  
Mis Cusano  
art. 8. pa. 248  
a. Conc. prou.  
sub Herm. 5.  
par. 9. ca. 10.  
Syno. Diæc.  
sub Adol. 3  
an. 1550. fer.  
5 post Remi.  
hab. in mada-  
to cuius ini-  
tium est.  
Cum inter  
omnia.  
pa. 516. a. b. c.  
d. in his  
q̄ à Decanis  
& Pastorib.  
inquirenda  
sumi § 83. pa.  
488. d. ca. 1. et  
3. tit. de feri.  
Cœc. Arlian.  
3. can. 21. Cō-  
cil. Toleta. 3  
can. 22. D.  
Aug. in epist.  
64. D. Chry

2. Prohibita diebus festis habeantur hæc: mercatus;  
placitum; sententia in causa criminis; sacramentum;  
bellum, profectio, agrorum cultus; aut messis; fabrorum,  
aurigarum, nautarum, molitorum, coctorum cereui-  
siæ, lanionum, pistorum, sartorum, futorum, aliorumq;  
mechanicorum operæ; ac in vniuersum manualia, & sæ-  
cularia quæcunq; nisi ob notabilem necessitatem, cuius  
cognitio ad Decanum Ruralem, aut Archidiaconatum  
vel Officialē, aut ijs nimis procul degētibus, ad Pastore lo-  
ci spectabit. Pari religione cessare debēt his diebus come-  
sationes, potationes, lusus publici, spectacula ludicra, tri-  
pudia, choreæ, etiam nuptiales, aliq; prophana opera, &  
actiones plene insanijs; multoq; magis ebrietates, canti-  
lenæ turpes, cubilia, impudicitia, blasphemia, omnis su-  
perbia, ac cætera omnia Sabbatissimi Christiani impedi-  
menta, ac transgressionis præcepti huius occasiones, &  
incentiua. Quæ, vt quantum in nobis est, tollamus, om-  
nemq; violādi diem festum occasionem præscindamus:  
præcipimus aromatorijs, bibliopolis, lanarijs, linarijs, ve-  
starijs, alijsq; qui merces aliquas venales habent, ne Do-  
minicis alijsq; festis diebus, antè fores, vel in fenestris do-  
morum suarum, vel alibi venales exponant; & cenopo-  
lis ac tabernarijs, ne ijsdem diebus, maximè tempore di-  
uini

mini officij Missæ, Vesperarum, ac Concionis, Oenopolia aut tabernas aperiant. Magistratum porro sæcularem monemus & hortamur, moneri quoq; & hortari à Pastoribus suis volumus, vt in ijs, quæ ad hunc cultum Dei retinendum atq; augendum pertinent, Ecclesiæ Præsides auctoritate sua iuuent, iubeantq; populum huiusmodi præceptis obtemperare. Inter alia autem, cum pro auctoritate sua aduigilare cupimus, vt spectacula ludicra, per quæ populus Christianus, astu & consilio Diaboli, à templorum visitatione, ab officio vesperarum, & ab audienda Concione, quotidie magis magisq; auocatur, ac Christo suus honos perit, atq; intercidit; diebus festis fieri nulla patiantur: & circulatoribus, vel alijs, nullam vsquam hisce diebus permittant exercere actionem, per quam populum à templis, vel à sanctificatione diei festi, detinere possent: atq; forum & nundinas cum incidunt in aliquem ex celebrioribus festis, eas seruari curent, vel antè vel post festum. In quibus præstandis eo magis Magistratus Catholici desideramus officium, quod ad magnam Catholicorum confusionem quid in his, à vigilianti Magistratu seruari possit, odijs ac inimicitijs incensa æmulatione, ostendant, vbi rerum potiuntur hæretici.

3. Qui autem sint dies festi, quibus populus Christianus ab opere seruili cessare debeat, standum est statutis ac consuetudini cuiusq; Diocesis, ac in Diocesi quidem Colonensi, ex declaratione ac mandato Syno. Dioces. sub Adolpho 3. Anno 1549. secunda Octobris habitæ, hi Pag. 460. d. 6. dies solemniter ac concorditer obseruandi ac celebrandi sunt, & in omnibus Calendarijs, ad populi admonitionem inserendi. Præter dies Dominicos, Festum circūcisionis Domini, Epiphaniæ, Agnetis virginis & martyris, Conuersionis S. Pauli, Purificationis B. Mariæ virginis, Cathedræ Sancti, Petri Apostoli, Sancti Matthiæ Apostoli, Anuntiationis Beatæ Mariæ virginis, Festum

X x x

Paschæ,

Paschæ, cum feria secunda & tertia sequentibus: Sancti Georgij Martyris; Sanctorum Philippi & Iacobi Apostolorum; Inventionis Sancte Crucis; Festum Ascensionis Domini; Festum Pentecostes cum feria secunda & tertia sequentibus; Venerabilis Sacramenti, Festum sanctissimæ Trinitatis in Dominica post octavas Pentecostes; Natiuitatis sancti Ioannis Baptista, SS. Petri & Pauli Apostolorum; Visitationis Beatæ Mariæ Virginis: B. Mariæ Magdalene; Translationis trium Regum in ciuitate Coloniensi tantum; Sancti Iacobi Apostoli; Sancti Panthaleonis, in ciuitate Coloniensi; Sancti Petri ad vincula; S. Laurentij Martyris; Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis; S. Bartholomæi Apostoli; Decollationis S. Ioannis Baptista: Natiuitatis B. Mariæ Virginis; Exaltationis S. Crucis; Sancti Matthæi Apostoli & Euangelistæ; Dedicacionis maioris Ecclesiæ Coloniensis, in die SS. Cosmæ & Damiani, in ciuitate Coloniensi celebrandæ; S. Michaëlis Archangeli; S. Gereonis; SS. vndecim millium Virginum; S. Seuerini in ciuitate Coloniensi; SS. Simonis & Iudæ Apostolorum; Omnium Sanctorum; Commemorationis animarum antè meridiem; Sancti Martini Episcopi; Sancti Cuniberti in ciuitate Coloniensi; Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis; Beatæ Cæciliæ in ciuitate Coloniensi; Beatæ Catharinæ virginis; S. Andree Apostoli; S. Nicolai Episcopi; Conceptionis B. Mariæ Virrginis; S. Thomæ Apostoli; Natiuitatis Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi; S. Stephani Protomartyris; Sancti Iohannis Apostoli & Euangelistæ; SS. Innocentium; denique festum Patroni in singulis Ecclesijs, vt par est solènter celebretur.

4. Moneri ac incitari populum volumus, vt prædictos dies omnes ac singulos eo religiosius colat, quod præsentium temporum calamitas, ac maiorum exempla, non modo ex eis aliquos antiquandos, & obscurandos esse non permittant, sed novos potius, noua pietate ad placandam iram

iram Dei, veteribus adiungendos postulent. Nam si ad extirpandas hæreses, ad schismata aliasq; calamitates tollendas, maiores nostri, certos dies instituerint, quibus ad prouocandam Dei erga se misericordiam, animo ac corpore vacarent: meritò sanè hac cogitatione, & consideratione, singuli excitandi nunc sunt, vt sublatis omnibus abusibus, dies institutos, quos praua transgressionis consuetudo, ac beneficiorum Dei obliuio, nec non & Prælatorum negligentia pœnè aboleuerat; tanto colant sanctius, quo tot ac tantis hæresibus, schismatis, ac calamitatibus, vndequaq; Diœcesin ac prouinciam hâc prementibus, & tantum non opprimentibus, & salus magis desperata est, & ad obseruationem plurimum dierum festorum, qui ad promerendam Dei gratiam, maiorum exēplo institui deberēt, difficilius induci populus possit.

*Ad extirpationē hæresis Hussitarū institutū fuit in Cōc. prou. sub Theodor. ann. 1423 fest. Cō-  
pass. B. Virg. Mariæ fer. 6. post Dominic. Iubilate quoi annū celebrandū. De qua re vide ca. 11.  
eiusdē Cōc. pa. 236. Ad tollēdū diuturnum schisma, ab Urban. 6. institutū, & à Bonif. 9. con-  
firmatum est festum Visitationis B. Mariæ Virginis. &c.*

5. Quoniã domū Dei decet omnis grauitas atq; sanctitudo; abolitū prorsus esse volumus (si vel ex parte aliqua, alicubi in vsu adhuc sit) festū Hypodiaco norū, q̄ stultorū vocāt, omnesq; stultitias, leuitates, & abusus, qui hoc nomine in Ecclesiam irreperunt sublato. Et licet longo vsu plerisq; locis receptū sit, vt pueri à die S. Nicolai, vsq; ad festum SS. Innocentium personatum Episcopū suum habeant, eam quoq; consuetudinem, quod puerilibus dissolutionibus, & petulantijs plena esse cœpit, multumq; grauitatis ac decoris diuinis officijs detrahat. antiquatum iri vehementer optamus. Præcipuè verò in desuetudinem duci præcipimus, ac in virtute obedientiæ mandamus, quod Clerus sese pueris, in die SS. Innocentium submittat, ac puerorū locum & officia in diuinis officijs subeat, ac contra personatus Episcopus aliquas benedictiones faciat, alijq; pueri in cantandis horarijs precibus ac collectis Sacerdotū, Dia-

conorum, aut Subdiaconorum, quædam officia vsurpent; quod puerilis iste Episcopus, in die electionis suæ, ad ostentandū se, & in die suę defunctionis, ad colligendā aliquam pecuniā in Symbolum, mitra & vestibus Episcopalibus, more Episcopi indutus, cum baculo Episcopali, & personatis aliquot militibus, per plateas obequetet; quod alibi quoq; Canonici & Vicarij, ex Collegarum suorum numero, aliquem ex ordine Episcopum designent, qui reliquos omnes nō sine magno sumptu & grauiamine, alijsq; incommodis, liberali mensa excipiat. Ab his enim cum magis carnem sapiant quam spiritum, sponsam Christi Ecclesiam volumus esse liberam, & quo id sine murmure, aut contradictione fiat, Præceptoribus aut Ludimagistris, qui alioquin forsan obstrepent, potius aliquid pecuniæ ex communi Ecclesiæ arario donandum censemus, quam vt diutius illo personati Episcopi lusu, non sine Episcopalis dignitatis ac honoris diminutione & contemptu, emendicando, pecuniam in Symbolum corradere.

## D E I E I V N I I S.

I.

**D**E ieiunijs seruentur quæ à Cōcilio Prouinciali sub Herman. 5. parte nona constituta sunt. Et vt singuli vberrimos ieiunij fructus consequantur, exactè doceantur, quis sit ieiunandi modus, & in quo ieiunium à temperantia differat. Est enim temperantia, à superfluis in cibo & potu abstinere; ieiunij autem Ecclesiastici est, etiam à conuenientibus alimentis, iuxta certum Ecclesiæ morem aliquid detrahere; atqui modus hic est à carnibus abstinere, & vnica cibi refectio, in die, hora conuenienti, frugalius refici. Quam quidem horam serius quàm alio die ordinari decet, vt ex dilatione refectiois corpus affligatur. Non tamen vt Diuus \* Leo sapientissimè monet, in sola abstinentia cibi

\* Serm. 4. De  
Quadrages.  
me qui legi  
tur in usu Ro  
mano noctu  
rno: Domi  
nic. Qua  
dragesimæ.